

THE DESCRIPTION OF THE WORLD'S CLERICS OF S. FELICE
 deueniat in meum fratrem Marcum paulo uel in suum heredem masculum saluo
 quod uolo ut frater meus Marcus paulo uel eius heres teneatur dare Nicolao paulo
 consanguineo meo uel eius heredi masculo libras quingentas. Item uolo quod si
 uxor mea faceret filiam Cui dimitto tantum quantum filie mee flordelixe moriretur
 antequam ipsa esset maritata uolo quod ille libre duo millia quas sibi dimitto &
 lucrum quod ipse fecerint deueniant in meum fratrem Marcum paulo uel in suum
 heredem masculum. uerum est quod uolo quod frater meus Marcus paulo uel
 eius heres teneatur dare Nicolao paulo consanguineo meo uel suo heredi masculo
 libras quingentas. Item uolo quod si accideret quod inueniretur michi minus quam
 decem millia librarum inter denarios & mercaciones cum Ego credam eas bene
 habere modo ad presens uolo quod minuatur cuilibet cui dimitto peratam—saluo
 quod filiabus & filiis nolo aliquid minui. Item uolo quod si accideret quod aliquis
 uel aliqua de illis quibus dimitto moriretur ante quam recepisset id quod sibi
 dimitto uolo quod id quod sibi dimitto deueniat in meum heredem masculum &
 si non haberem heredem masculum uolo quod medietas eius quod sibi dimitto
 deueniat in meum fratrem Marcum paulum uel in suum heredem masculum &
 altera medietas distribuatur pro animabus patris mei & matris mee & mea. Plenis-
 simam quoque uirtutem & potestatem tribuo suprascriptis commissariis meis post
 obitum meum Intromittendi et aminstrandi commissariam meam ut predictum est
 Inquirendi Interpellandi ad uocatores(?) precepta & interdicta tollendi proclamandi
 placitandi Respondendi Intromittendi & excuciendi omnia mea bona & habere
 ubicumque uel apud quemcumque inueniri poterunt cum carta & sine carta per
 curiam & extra curiam & quicquid inde opus fuerit faciendi sicut Egomet uiuens
 facere possem & hoc meum testamentum firmum Judico esse imperpetuum. Siquis
 ipsum infringere presumpserit sub anathematis uinculo trecentorum decem &
 Octo patrum constrictus permaneat Insuper conponat cum suis heredibus &
 sucessoribus suprascriptis meis commissariis & eorum sucessoribus auri libras
 quinque & hec mei testamenti carta in sua permaneat firmitate. Signum suprascripti
 Mathei paulo qui hec Rogauit fieri.

Ego leonardus presbiter sancti felicis testis subscripsi

Ego leonardus clericus sancti felicis testis subscripsi

EGO Petrus pagan presbiter Ecclesie Sancti felicis & Notarius compleui &
 Roborauit;—

(Biblioteca Marciana. Cod. Lat. V, 58, 59. Collocazione 2437,38. fol. 32.)

Note: The fact that Pietro Pagan the notary and both the witnesses of this will were of the church of S. Felice lends some support to RAMUSIO's assertion that Maffeo's grandfather Andrea was "of S. Felice" (cf. p. 15). But twenty years earlier Maffeo's mother and his
 uncle